

Text

Erzbischof Hinkmar von Reims über Priestertum und Königtum (Fragment).

(etwa 867–876)

Druck: J. Busaeus, Paralipomena Petri Blesensis et Ioannis Trithemii aliorumque ... (1605) S. 837–849 (Bus.)

... ut^{a2} potens sit et exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt, arguere. Quod enim ait per^{a3} civitates constituendos presbyteros, sicut et omnia eius dicta, non vacat, sed coelitus sancendum videtur aliubi non licere episcopos constitui, quos^b novum univit presbyteri^b^{a4}, qui tales esse debent, ut ab amore vel amicitia mundi se abstineant et omnes Christianos haec fugere doceant^{a5}. De qualibus etiam beatus Hieronymus in Micheam prophetam loquitur dicens: Et^{a6} contende iudicio, ut sive montes sive colles reperti fuerint non digna populis procurasse; vel meum videas esse, qui tales praeposui, vel culpa tollatur a populo et referatur ad principes. Et iterum idem: Legamus^{a7} apocalypsin Ioannis apostoli, in qua laudantur accusanturque angeli ecclesiarum pro virtutibus vitiisque eorum, quibus praeesse dicuntur. Sicut enim interdum episcopi culpa est, interdum plebis, et saepe magister peccat, saepe discipulus, et nonnunquam patris vitium est, nonnunquam filii, ut vel bene vel male erudiantur, ita in iudicio Dei vel ad angelos crimen refertur, si non egerint cuncta, quae ad suum officium pertinebant vel ad populum, si illis universa facientibus ipsi audire contempserint. Item idem ad Oceanum de silentio sacerdotis: Innocens^{a8} enim et absque sermone conversatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. Profecto, qui caeteris forma et exemplum debent esse, primum facere debent, quod docent. Unde Lucas de domino nostro in actibus apostolorum: Primum^{a9} quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quae coepit Iesus

^{a)} zuvor Desunt nonnulla Bus.

^{b)} Locus mendosus am Rand Bus.; vielleicht zu lesen: quos nominavit presbyteros o. ä.?

^{a2)} Tit. 1, 9.

^{a3)} Tit. 1, 5.

^{a4)} Vgl. Hinkmar, Brief wegen Aktard v. Nantes von 872, c. 3 (Migne, PL 126 Sp. 210 D–211 A), nach Hieronymus, Brief 69, 3 (CSEL 54 S. 683 Z. 19–21).

^{a5)} Vgl. Tit. 1, 6–9.

^{a6)} Hieronymus, In Michaeam 6, 1–2 (CC 76/1 S. 493 Z. 39–42).

^{a7)} Ebd. (Z. 42–51).

^{a8)} Hieronymus, Brief 69, 8 (CSEL 54 S. 696 Z. 6–9).

^{a9)} Act. 1, 1.